

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Concupiscencia c
cum uariis

Qui uiderit mulierem et cetera. Inter passionem et propassionem hoc interest quod passio reputatur in uicium, propassio licet inicii culpam habeat tamen non tenetur in crimine. Ergo qui uiderit mulierem et anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si uero consenserit et de cogitatione affectum fecerit, sicut scriptum est in Daud: Transierunt in affectum cordis, de propassione transiuit ad passionem et huic non uoluntas peccati deest sed occasio. Quicumque ergo uiderit, id est si sic aspexerit ut concupiscat ut facere disponat, iste recte mechatus dicitur eam in corde suo.

Ieronymus super Mattheum libro I. capitulo XIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

transiuit] ad *add.* M; non uoluntas peccati deest] uoluntas peccati non deest P V¹ V² L¹ L²